

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Humilitas n  
cum fonte primo

Cum per tentacionem humilitas proficit,  
prospera est ipsa aduersitas,  
que mentem ab elacione custodit.

Gregorius libro XXVI. moralium.

Quae uidelicet magnitudo idcirco absque tribulatione deponenda dicitur,  
quia nimirum cum per temptationem humilitas proficit,  
prospera est ipsa aduersitas  
quae mentem ab elatione custodit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 26, 45 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
p.1328, ll.23-26).